

## VER S U S.

19

*Mariannum vitam produxisse aliquot annis post Stephaniani obitum, qui septem tantum mensibus sedem tenuit, tamque Paschali successori suo reliquit anno DCCCXVII. Consecratio tamen Petronacis non potest deferri ultra annum tertium Eugenii, Christi DCCCXXXVI, quo ipse prior subscriptus in Concilio Romae habito sexaginta trium Episcoporum.*

*Quare ejus Episcopatus initia recidunt in posteriores annos Paschalis, qui sedet post Stephanum, & ante Eugenium septem annis, & aliquot mensibus, proindeque circa DCCCXXII collocanda, & hac temporum ratione firmata, elevatio Corporis Maximiani ad DCCCXXXVII referenda est, de qua scribebat Agnellus circa annum DCCCXXXIX, scut & de Petri Senioris actis, cum iam à Gregorio IV. Georgius in Archiepiscopum Ravennatum fuerat consecratus. Verum quæ præcedunt Vitæ, scripta necessariò sunt ante aliquot annos. Id ex eo agnosco, quod in vita Aureliani, ubi se improbo vexatum multis lamentatur à Consarceribotibus Author, ut Pontificale jam cœptum finiret, inter cetera hæc de sua ætate dicit: hodie denique sex gero lustra duobus insuper annis, & bis quinos mensiles, ex quo lumen recepi, de vulva Matris meæ egressus sum. Hæc autem aptari nequeunt anno memorato DCCCXXXIX, etenim in Vita Martini ait, eum sibi dedisse Monasterium S. Mariæ in Blachernis; nec enim consentaneum est ejus narrationi, postremis Martini annis id factum fuisse, cum post eaurum rerum seriem, mortem Pipini Longobardorum Regis, & Caroli Magni, ac cetera ad Martini vitam spæctantia, plura addat soli Leonis Pontificatus aptabilita. Cum autem Leo anno DCCCXVI. obierit, Agnellus S. Mariæ ad Blachernas Ecclesiam obtinuerit ætatis sua annum agens vias septimum. Si autem circa annum DCCCXII. statuimus Agnellum agentem annum ferè quartumdecimum (cum se ipse adhuc puerum aicat) Ecclesiam laudatam obtinuisse, conseqüens fit, ut Aureliani vitam scriberet circa annum Domini DCCCXXXIX, agens ætatis sua annum trigesimum tertium, decimo ejusdem mensi currente. Huic anno convenienter characteres omnes à Scholastico designati, etenim Gregorius IV. Romanus Pontifex sedebat; imperabant Ludovicus, & Lotharius; ac Petronax Archiepiscopum Ravennatum agebat. Eo ipso tempore conseqüens est versus hōs exaratos fuisse, quibus opus tantum cœptum, nec finiendum, nisi post plures annos laudaretur, addende gratia Authori stimulus, segnitus, quam Comprebbyteri voluissent, procedent. Versus illos*

*Alterum ab undecimo, quem Presbyterumque beavit  
Summus is Antistes merito Sede Urbis opimæ.*

*ita intellexi, ut ad Petronacem referrem, undecimum Ravennæ Episcopum, numerando à Theodoro, qui post Ecclesiæ illius schisma, Romano Pontifici se submisit; at, ut fatear quod est, in bujumodi explicatione minime quiesco, alter enim ab undecimo non est undecimus. Nullus tamen commodior intellectus suspetit.*

*Quis (1) cunctis sancto (2) sapientior isto,  
(3) Sacerdos*

*Claruit ingenio, & natura? nomine dictus  
A puer Agnellus fuit, Andreasque juvenil  
Euge fatus, cretusque nimis de stirpe superba,  
Euge. Ravenna dedit quantum, nullique secundum,*

*Tom. II.*

(1) Quis. Mur.  
(2) sancto. Mur.  
(3) isto. Mur.

A Formosum facie, verbo rutilum, ore loquacem,  
Corporis exiguum membris, sed mente capace  
Quem magnum sensum, quamquam de corpore Paulum.

## OBSERVATIO QUINTA.

L Audatur hic Agnellus à Sacerdotio, ab ingénio, naturaque nomini respondente, à Stirpis, & Parentum generositate, qui Paulo comparatur, corpore quidem exiguo, sed mente grandi.

B Qualis inest cantilla canens Philomela suave Florigeris verno sylvis, cum gutture flexo Vociferans Cœlum compleat clamoribus altum, Stirpe sedens viridi; subter folio moderatrix (4)

Sub dio enim modulatur ovans, audire Viator,

Pastor, eques vigilans, cupientes dulcia cuius Carmina gratis ubique optant, & sedula curant,

Quam nequeunt unquam longo ullæ vincere cantu.

Talis & iste sedens tectis nimiumque superbis

Quæ Genitor procerus cessit sibi jure paterno

Sede suburbanis Ravennæ, quæ vocatur

C Antiquo Blacherna locis de nomine struxa; In Génitricis honore Dei, Dominique Matri,

Quia lepidus Scriptor præfatus Pontificalis,

Neglectoque diu suspirans æstua tangens

Moliturque hians gratis tantæ dare se fe

Moli operis.

## OBSERVATIO SEXTA.

D Escripta illud ferunt, quod sicut Philomela in Sylvis verno tempore dulce melos canens cespide viridi sub dio sedens, mulæ aures, animumque Viatoris, Paotoris, Equitisque pertransiuntur gratis, cantus eo genere, quod dulcedine minimè æquari possit; ita Agnellus sedens sub tectis nimium superbis, idest admodum elegantibus, quæ Genitor procerus, generofus, cessit sibi jure paterno in suburbanis locis Ravennæ, ubi Ecclesiæ S. Mariae antiquo de nomine ad Blachernas vocitata gratis meditatur expetendum votis satisfacere, texens vice cantus, Historiam neglectam diu Pontificum Ravennatum. Quæ ad genus, & Vitam Agnellij, ac de Ecclesia Sanctæ Mariæ ad Blachernas dicenda hic fuissent, premisi in libri totius Præfatione, minimè proinde repetenda.

E ....., recolens monumenta Patrumque, Se-  
numque

Haud surdus natum auditor, sed mente vo-  
lente

Dicentes solers Mosis præcepta fecutus,  
Posce tuos Patres tibi nam erant (5) Senio-

res  
Te multum, semperque petentem gesta prio-

rum

Atque Dei, Dominique tui miracula prisca  
Et viu, audituque monebunt vera dicentes.

Tum Patriarcharum simul aggerat acta prio-

rum

C 2

Edi-

(4) modulatrix. Mur.

(5) nuncis erant. Mur.